

[NOTE: This text is laid out exactly as the original apart from the following exceptions: a. verse numbers from the SC280 text have been inserted in red like this: [2] at the right places. b. A few typographical errors have been corrected, and a note in red added at the foot of the page in question.

Greek text (handwritten in the original) has been entered using the SPIonic Truetype font].

TEXT

I.

[1] Valentiniani, frequentissimum plane collegium inter haereticos, quia plurimum ex apostatis veritatis et ad fabulas facile est et disciplina non terretur, nihil magis curant quam occultare quod praedicant, si tamen praedicant qui occultant. custodiae officium conscientiae officium est. confusio praedicatur dum religio adserveratur. nam et illa Eleusinia, haeresis et ipsa Atticae superstitionis, quod tacent, pudor est. [2] idcirco et aditum prius cruciant diutius initiant quam consignant, cum epoptas ante quinquennium instituunt ut opinionem suspensio cognitionis aedificent atque ita tantam maiestatem exhibere videantur quantam praestruxerunt cupiditatem. sequitur silentii officium; [3] attente custoditur quod tarde invenitur, ceterum

INCIP ADVERSUS VALENTINIANOS--PM; INCIPIT LEBER EIUSDEM Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULIANI ADVERSUS VALENTINIANOS--X

5. officium--J. Scaliger
6. adserverator--Junius
9. diutius initiant secl. Engelbrecht; consignant lingua--Rig. epoptas ante--J. Scal.; et portas ante PMX
11. videntur--J. Scal.
12. quantum--X

23

tota in adytis divinitas, tota suspiria epoptarum, totum signaculum linguae: simulacrum membri virilis revelatur. sed naturae venerandum nomen allegorica dispositio praetendeus, patrocinio coactae figurae sacrilegium obscurat et convicium falsis simulacris excusat. proinde quos nunc destinamus haereticos sanctis nominibus et titulis et argumentis verae religionis vanissima atque turpissima figmenta configurantes--facili caritate ex divinae copiae occasione quia de multis multa succedere est--Eleusinia Valentiniana fecerunt lenocinia, sancta silentio magno, sola taciturnitate caelestia. [4] si bona fide quaeras, concreto vultu, suspenso supercilio "altum est" aiunt. si subtiliter temptes, per ambiguitates bilingues communem fidem adfirmat. si scire te subostendas, negant quicquid agnoscunt. si comminus certes astuta simplicitate suam caedem dispergunt. ne discipulis quidem propriis ante commitunt quam suos fecerint. habent artificium quo prius

-
1. tota--X Rig, tot--PM; suspiriae--PMX, siparia--R3; epoptarum--J. Scal., portarum--PNDC
4. obserat--X
5. falsi--Rig
8. caritate--Lat., claritati--PMX, facilitate Clara--Fred.
9. succidere--Rig, Kroymann; Eleusinia--Rig, eleusiniiana--PMX
15. ignoscunt--X; certes--R3, certe--PMX; astuta simplicitate--Thornell, statuam simplicitatem--PMX, tuam simp.--R3, fatua simp.--Kroymann; suam caedem--Kroymann, sua caede--PMX

persuadeant quam edocent. veritas autem docendo persuadet
non suadendo docet. 25

II.

[1] Ideoque simplices notamur apud illos, ut hoc tantum non
etiam sapientes, quasi statim deficere cogatur a simplici-
tate sapientia, domino utramque ingente, "estote prudentes
ut serpentes et simplices ut columbae." aut si nos prop- 5
terea insipientes quia simplices, num ergo et illi prop-
terea non simplices quia sapientes? nocentissimi autem
qui non simplices sicut stultissimi qui non sapientes. [2] et
tamen malim meam partem meliori sumi vitio, si forte.
praestat minus sapere quam peius, errare quam fallere. 10
porro facies dei spectatur in simplicitate quaerendi ut
docet ipsa Sophia, non quidem Valentini, sed Salomonis.
deinde infantes testimonium Christi sanguine litaverunt;
pueros vocem qui crucem clamant? nec pueri nec infantes,
id est simplices non erant; [3] repuerascere nos et apostolus 15
iubet secundum deum, ut malitia infantes per simplicitatem
ita demum sapientes sensibus; simul dedit sapientiae

-
4. deficere cogatur--R3, defigere cogitur--PMX
10. malum--X; meam--PMX, eam--Oehler
12. spectatur--Engelbrecht, exspectat--PMX, exspectatur--
Oehler, spectat--Rig
13. doceat--X
17. iubens--Kroymann; dominum--Kroymann
18. simus, semel dedit--Kroymann, dedi in--PMX
-

ordinem de simplicitate manandi. [4] in summa: Christum col- 26
umba demonstrare solita est, serpens vero temptare; illa et
a primordio divinae pacis praeco, ille a primordio divinae
imagine praedo. its facilius simplicitas sola deum et
agnoscere poterit et ostendere, prudentia sola concutere
potius et prodere. 5

III.

[1] abscondat itaque se serpens quantum potest, totamque pru-
dentiam in latebrarum ambagibus torqueat, alte habitet, in
casca detrudat, per amfractus seriem suam evolvat; tor-
tuose procedat nec semel totus, lucifuga bestia; nostrae 10
columbae etiam domus simplex in editis semper et apertis
et ad lucem. amat figura spiritus sancti orientem Christi
figuram. [2] Nihil veritas erubescit nisi solummodo abscondi,
quia nec pudebit ullum aures ei dedere, eum deum recognos-
cere quem iam illi natura commisit, quem cotidie in operi- 15
bus omnibus sentit, hoc solum minus notum quod unicum non
putavit, quod in numero nominavit, quod in aliis adoravit.
[3] alioquin a turba eorum et aliam frequentiam suadere, a

-
1. manantis--Rig, mando--R3
5,6. concutere. ..prodere, secl. Kroymann
9. detrudat--MX, detrudatur--P; suam; si evolvat--Kroymann
16. notum quam--X
-

domestico principatu ad incognitum transmovere, a manifesto 27
ad occultum retorquere de limine fidem offendere est. iam
si et in totam fabulam initietur nonne tale aliquid recorda-
bitur se in infamia inter somni difficultates a nutricula
audisse, Lamiae turres et pectines Solis. [4] sed qui ex alia
conscientia venerit fidei, si inveniat tot nomina Aeonum, 5

tot conjugia, tot genimina, tot exitus, tot eventus felicitates infelicitates dispersae atque concisae divinitatis, dubitabitne ibidem pronuntiare has esse fabulas et genealogias indeterminatas quas apostoli spiritus, his iam tunc pullulantibus seminibus haereticis, damnare praevenit? 10
 [5] merito itaque non simplices, merito tantummodo prudentes, qui talia neque facile producunt neque exerte defendunt sed nec omnes quos edocent, perdocent. utique astute, ut pudenda, ceterum inhumane, si honesta. tamen simplices nos omnia 15
 scimus. denique hunc cuneum congressionis armavimus detectorem et designatorem totius conscientiae illorum primamque hanc victoriam auspicamur quia quod tanto impendio absconditur, etiam solummodo demonstrare destruere est.

-
2. fidem om.--P
 3. sic Engelbrecht, dabitur te--PMX
 5. aliqua--Kroymann
 7. genimina--M (man. 1), gemina--PMX
 15. omnes sumus--PR1
 16. armabimus--Kroymann
 18. auspicamus--M

IV. 28

[1] novimus inquam optime originem quoque ipsorum et scimus cur Valentinianos appellemus, licet non esse videantur, abscesseruat enim a conditore sed minime origo deletur et si forte mutetur: testatio est ipsa mutatio. speraverat episcopatum Valentinus quia et ingenio poterat et eloquio, sed alium ex martyrii praerogativa loca potitum indignatus, de ecclesia authenticae regulae abruptit. ut solent animi pro prioratu exciti praesumptione ultionis accendi, [2] ad expugnandum conversus veritatem et cuiusdam veteris opinionis semitam nactus Colorbaso viam delineavit. eam postmodum Ptolomaeus intravit, nominibus et numeris Aeonum distinctis in personales substantias, sed extra deum determinatas, quas Valentinus in ipsa summa divinitatis (ut sensus et affectus, motus) incluserat. deduxit et Heracleon inde tramites quosdam et Secundus et magus Marcus. [3] multum circa imagines legis Theotimus operatus est. ita nusquam iam Valentinus et tamen Valentiniani qui per Valentinum. soius ad hodiernum Antiochiae Axionicus memoriam Valentini integra 5
 10
 15

-
1. novissimus--X
 4. speraverat--R, separaverat--PMX
 9. semitam nactus--Oehler, semini nactus--PMX, semini actu--R3, semen nactus--Lat.
 10. Colorbaso--Lat., colubroso--PMX, colubro suo--Kroymann; Ptholomaeus--X (semper)
 11. instravit--Rig.
 11,12. in per. sub.--R3, personale substantia--PMX
 14. in detramites--X

custodia regularum eius consolatur. alioquin tantum se huic haeresi suadere permissum est quantum lupae feminae formam cotidie supparare solemne est. [4] quidni, cum spiritale illud semen suum sic in unoquoque recenseant? si aliquid novi adstruxerint revelationem statim appellant praesumptionem et charisma ingenium, nec unitatem sed diversitatem. ideoque prospicimus, seposita alla solemni dissimulatione sua, plerosque dividi quibusdam articulis. etiam bona fide dicturos "hoc ita non est" et "hoc aliter accipio" et "hoc non agnosco." varietate enim innovatur regularum 5
 10

facies; habet etiam colores ignorantiarum.

V.

[1] mihi autem cum archetypis erat limes principalium magistrorum, non cum affectatis ducibus passivorum discipulorum. nec undique dicemur ipsi nobis finxisse materias quas tot iam viri sanctitate et praestantia insignes, nec solum nos-
tra antecessores sed ipsorum haeresiarcharum contemporales, instructissimis voluminibus et prodiderunt et retuderunt-
ut Iustinus, philosophus et martyr; ut Miltiades, ecclesiarum

15

-
1. sic R3, regular eius--PM, regulare ius--X
 3. sic R3, superare--PMX; quidni, cum--R3, quid iniquum-
PMX
 6. post "unitatem" ponit lacunam Kroymann
 7. illos--Kroymann
 10. innovata--Kroymann
 11. ignorantia earum--J.Scal., ignorantiae eorum--Engelbrecht

Note: 12. pricipalium changed to principalium (looks like a typo when compared with SC280). RP.

sophista; ut Irenaeus, omnium doctrinarum curiosissimus explorator; ut Proculus noster, virginis senectae et Christianae eloquentiae dignitas, quos in omasi opere fidei quemadmodum in isto optaverim adsequi; [2] aut si in totum haereses non sunt, ut qui eas pellunt finxisse credantur, mentietur apostolus praedicator illarum. porro si sunt, non aliae erunt quam quae retractantur. nemo tam otiosus fertur, stilo ut materias habens fingat.

VI.

[1] igitur hoc libello quo demonstrationem solum praemittentes illius arcani, ne quem ex nominibus tam peregrinis et coactis et compactis et ambiguis caligo suffundat, quomodo iis usuri sumus, prius demandabo: quorundam enim de Graeco interpretatio non occurrit ad expeditam proinde nominis formae; quorundam nec de sexu genera conveniunt; quorundam usitatio in Graeco notitia est. [2] itaque plurimum Graeca ponemus; significantiae per paginarum limites aderunt, nec Latinis quidem deerunt Graeca sed in lineis desuper nota-

-
2. noster--J. Scal., nostrae--PMX
 4. in tota haeresi--X
 6. fixisse--MX
 - 9, 10. sumus illius--Kroymann; promittimus--Rig.; solius--
PMX, illius--R3, totius--Engelbrecht; archani--PM,
archnine--X
 12. sumus--MX, simus--P
 15. Graeca (i.e., nomina)--Rig., Graeco--PMX; milites--MX
-

buntur ut signum hoc sit personalium nominum propter ambiguitates eorum quae cum alia significatione communicant. quamquam distulerim congestionem, solam interim professus narrationem, sicubi tamen indignitas meruerit suggillari non erit delibatione transpunctatoria expugnatio. congressionis lusionem deputa, lector, ante pugnam; ostendam sed non imprimam vulnera. [3] si et ridebitur alicubi, materiis ipsis satisfiet. multa sic digna sunt revinci ne gravitate adornentur. vanitati proprie festivitas cedit. congruit et veritate ridere quia laetans, de aemulis suis ludere quia segura est. curandum plane ne risus eius rideatur si fuerit indignus. ceterum ubicumque dignus risus, officium est. denique hoc modo incipiam.

VII.

[1] primus omnium Ennius poeta Romanus "caenacula maxima caeli" simpliciter pronuntiavit elati situs nomine vel quia Iovem illic epulantem legerat apud Homerum. sed haeretici quantas supernitates supernitatum et quantas sublimitates sublimita-

15

-
3. congressionem--R3
 5. delibationi--Kroymann; transfunctatoria--R3
 6. in prima--X, in prima--P; ipsis om. X
 8. sunt sic digna--P; adornentur--XJun., adorentur--PM
 10. quia (alterum) secl. Kroymann
 14. Ennius secl. Kroymann
 16. legerat--X, legarat--PM
 17. supernitates om. PX; sublimitates om. P (add. manus I)
-

tum in habitaculum dei sui cuiusque suspenderit extulerint expanderint, mirum est. [2] etiam creatori nostro Enniana caenacula in aedicularum disposita sint forma, aliis atque aliis pergulis superstructis et unicuique deo per totidem scalas distributis, quot haereses fuerint. meritorium factus est mundus. [3] Insulam Feliculam credas tanta tabulata caelorum nescio ubi. illic etiam Valentinianorum deus ad summas tegulas habitat. hunc substantialiter quidem ai0w~na te&leion appellant; personaliter vero propa&tora et proarxh&n etiam Bython--quod in sublimibus habitanti minime congruebat. innatum immensum infinitum invisibilem aeternumque definiunt, quasi statim probent esse si talem definiant qualem scimus esse debere. sic et ante omnia fuisse dicatur. [4] sed ut sit expostulo nec aliud magis in huiusmodi denoto quam quod post omnia inveniuntur qui ante omnia fuisse dicuntur, et quidem non sua. sit itaque Bythos iste infinitis retro aevis in maxima et altissima quiete, in otio plurimo placidae et--ut ita dixerim--stupentis div-

32

5

10

15

-
1. de--PMX; sui om.--X
 3. disposita--X, deposita--PM; sint--PM, sunt--R3, om. X
 6. Feliculam om.--P
 7. caelorum. Nescio ubi ...--Kroymann; etiam--PM, enim--X
 8-10. sic Rig Irenaeum secutus, PRwARXw et PROARXHN--PM; Bython--Pam., Bythion--PM (semper); propa&tora ... Bython om.--X
 13,14. ut sic et--M (add "ut" man. I); non ut dicatur--Kroymann
 15,18. ante om.--X; sic R3, se itaque--PMX, sedet itaque--Kroymann; aevis--PM, eius--X; stupentibus--XM (corr. man. 2)
-

initatis, qualem iussit Epicurus. [5] et tamen quem solum volunt, dant ei secundam in ipso et cum ipso personam, Ennonian, quam et Charin et Sigen insuper nominant. et forte accedunt in illa commendatissima quiete movere eum de proferendo tandem initio rerum a semetipso. hoc vice seminis in Sige sua velunt in genitabilibus vulvae locis collocat. suscipit illa statim et praegnans efficitur et parit (utique silentio) Sige. et quem parit? Nus est simillimum Patri et parem per omnia. [6] denique solus hic capere sufficit immensam illam et incomprehensibilem magnitudinem Patris. ita et ipse Pater dicitur et initium omnium et proprie Monogenes; atquin non proprie siquidem non solus agnoscitur. nam cum illo processit et femina cui Veritas nomen. Monogenes quia prior genitus quanto congruentius Protogenes vocaretur. ergo Bythos et Sige, Nus et Veritas prima quadriga defenditur Valentinianae factionis, matrix et origo cunctorum.

33

5

10

15

namque ibidem Nus simul accepit prolationis suae officium,
emittit et ipse ex semetipso Sermonem et Vitam--[7] quae si

-
2. Ennoian--Pam., et notam--PMX
 3. accedit--Kroymann
 4. movere--PMX, monere--Lat.
 5. hac--X; sic Engelbrecht, in Sigae suae--R3, insigne suae--PMX
 6. veluti--Rig
 8. Sige--XM (add. "n" man. 2), Sigen--P; et quem parit nus est--edd, sic Kroymann
 12. non (primum) om. X; adgnascitur--Lat., Kroymann
 - 13, 14. nomen add. Jun.; "nomen, fortasse aptum sed" suppl. Engelbrecht; Monogenes . . . vocaretur secl. Kroymann
-

retro non erat, utique nec in Bytho; et quale est ut in deo 34
vita non fuerit! sed et haec suboles, ad initium universi-
tatis et formati Pleromatis totius emissa, facit fructum:
Hominem et Ecclesiam procreat. [8] habes ogdoadem, tetradem
duplicem ex coniugationibus masculorum et feminarum, cellas 5
ut ita dixerim primordialium Aeonum, fraterna conubia Val-
entinianorum, deorum, census omnis sanctitatis et maiestatis
haereticae, nescio criminum an numinum turbam, certe fontem
reliquae fecunditatis.

VIII.

[1] ecce enim secunda tetras, Sermo et Vita, Homo et Ecclesia,
quod in Patris gloria fruticasset huic numero gestientes et 10
ipsi tale quid Patri de suo offerre, alios ebulliunt fetus--
proinde coniugales per copulam utriusque naturae: hac
et Sermo et Vita decuriam Aeonum simul fundunt; illac Homo
et Ecclesia duos amplius aequiperando parentibus, quia et 15
ipso duo cum illis decem tot efficiunt quot ipsi procrea-
verunt. [2] reddo nunc nomina quos decuriam dixi: Bythios et

-
1. Bythion--PMX; sic R3, inde obita--PMX
 2. suboles--PM, soboles--X edd
 3. formationem--Grabius ad Iren. p.8
 4. procreata--X
 6. coniunctionibus--P
 7. omnis--X Rig, omnes--PM
 11. fruticasset--PM, fructificasset--X
 13. proinde--PM, deinde--X; coniugales--R3, coniugalis--PMX;
hac--M, ac--PX
 17. Bythios--P, Bythos--MX
-

Mixis, Ageratos et Henosis, Autophyes et Hedone, Acinetos 35
et Syncrasis, Monogenes et Macaria. contra duodenarius
numerus hi erunt: Paracletus et Pistis, Patricos et Elpis,
Metricos et Agape, Aeinus et Synesis, Ecclesiasticus et
Macariotes, Theletus et Sophia. cogor hic, quid ista nom- 5
ina desiderent, proferre de pari exemplo: [3] in scholis
Karthaginensibus fuit quidam frigidissimus rhetor Latinus,
Phosphorus nomine. cum virum fortem peroraret "venio
(inquit) ad vos, optimi cives, de proelio cum Victoria mea,
cum Felicitate vestra, Ampliatus Gloriosus Fortunatus Max- 10
imus Triumphalis." et scholastici statim familiae Phos-
phori feu~ acclamant. [4] audisti Fortunatam et Hedonen et
Acinetum et Theletum; acclama familiae Ptolomaei feu~. hoc
erit Pleroma illud arcanum, divinitatis tricenariae pleni-
tudo. videamus quae sint istorum privilegia numerorum-- 15
quaternarii et octonarii et duodenarii. [5] interim in tri-

1. Mixis--R, Maxis--PMX; Ageratos ... Autophyes add. Pam. ex Irenaeo, om. PMX; Hedone, acinetos--M, hedonea cinetos--PX
2. Sincrisis--X
3. Helpis--PMX
4. Aeinus--Kroymann ex Irenaeo, aenos--MXP, ainus--R; sinthesis--MX, synthesis--P
5. Theletus--R, et eletus--PMX
6. in scholis--Rig, inisclis--PMX
7. frigidissimus--Jun.M ("f" in ras.), rigidissimus--PX
8. Phosphorus--P, phorphorus--M, phophortis--X
11. sic R3, phosphorife--MP, phosphorie--X
12. acclamant om. MX
13. Theletum--R, helethum--P, haeletum--X, et eletum--M; sic R3, Tholomaiefe--PM, tholome ifae--X
16. add. et denarii--Jun. Kroymann

cenario fecunditas tota deficit; castrata est vis et potestas et libido genitalis Aeonum--quasi non et numerorum tanta adhuc coagula superessent et nulla alia de paedagogio nomina. quare enim non et quinquaginta et centum procreantur? quare non et Sterceiae et Syntrophi nominantur?

36

IX.

5

[1] sed et hoc exceptio personarum est quod solus ille Nus ex omnibus immensi Patris fruitur notione gaudens et exultans, illis utique maerentibus. plane Nus et quantum in ipso fuit et voluerat et temptaverat ceteris quoque communicare quae norat, quantus et quam incomprehensibilis Pater. sed intercessit mater Sige, illa scilicet quae et ipsis haereticis suis tacere praescribit, etsi de Patris nutu aiunt factum volentis omnes in desiderium sui accendi. [2] itaque dum macerantur intra semetipsos, dum tacita cupidine cognoscendi Patrem uruntur, paene scelus factum est. namque ex illis duodecim Aeonibus quos Homo et Ecclesia ediderant novissima natu Aeon--viderit soloecismus, Sophia nomen est--incontinentia sui sine coniugis Theleti societate prorumpit in patrem

10

15

5. sic PMX, hercetae--Rig, hetaeri--Oehler; Sintrophi--X
8. et (alterum) om. R3
12. et si--X
14. cupidine--MX, cupiditate--P (corr. R ex Hirsau.)
15. namque quae--P
17. nomen est--M (corr. in "nomine" man. 2)
18. sui sine--Pam., suis ne--X, iusne--PM; Theleti-Croiuis ex Irenaeo in R3

inquirere et genus contrahit vitii quod exorsum quidem fuerat in illis aliis, qui circa Nun, in hunc autem, id est in Sophiam, derivarat, ut solent vitia in corpore alibi connata in aliud membrum perniciem suam efflare. [3] sed enim sub praetexto dilectionis in Patrem aemulatio superabat in Nun solum de Patre gaudentem. ut vero impossibilia contendens Sophia frustra erat et vincitur difficultate et extenditur affectione; modico abfuit prae vi dulcendinis et laboris devorari et in reliquam substantiam dissolvi. nec alias quam pereundo cessasset nisi bono fato in Horon incur-sasset (quaedam et huic vis est: fundamentum, universitatis illius extrinsecus custos) quem et Crucem appellant et Lytrotem et Carpisten. [4] ita Sophia periculo exempta et tarde persuasa de inclinata investigatione Patris, conquievit et totam Enthymesin (animationem) cum passione quae insuper accederat exposuit.

37

5

10

15

-
4. innata--Oehler
 5. praetexto--PMX, praetextu--R edd.; superabat--PM edd.,
superial--X
 7. frustra erat--Jun., frustrarat--PMX, frustrata erat--Oehler
 8. afuit--PX, adfuit--M; pravi--X
 10. per eum--M (corr. in pereundo man. 2), per eum docessasset
--X; fato--R, facto--PMX
 12. parenthesin indicavit R; illius--PMX, illius et--Oehler,
et illius--Kroymann
 13. litro tenet--X
 14. de inclinata--PMX, de declinata--Kroymann
 15. Enthymesin (animationem) scripsi, animationem senthi-
mesi--PM, an. sinthimesi--X, an., id est enth.--R3
-

X. 38

[1] sed quidam exitum Sophia et restitutionem aliter somniaverunt: post inritos conatus et spei deiectionem deformatam eam; (pallore, credo, et macie et incuria. proprie utique patrem non minus denegatum dolebat quam amissum.) dehinc in illo maerore ex semetipsa sola nulla opera coniugii concepit et procreat feminam. miraris hoc? et gallina sortita est de suo parere, sed et vultures feminas tantum aiunt. [2] et tamen sine masculino mater et metuere postremo ne finis quoque insisteret, haerere de ratione casus, curare de occultatione. remedia nusquam: ubi enim iam tragoediae atque comoediae a quibus forma mutuaretur exponendi quod citra pudorem natum? dum in malis res est, suscipit convertit ad patrem, sed incassum enisa et vires deserebant, in preces succedit. tota enim propinquitas pro ea supplicat, vel maxime Nus. (quid? in causa mali tanti?) nullus

-
3. sic destinxit Kroymann, incuria proprie--MX, incuria prope--P, incuria formae--R3 edd., incuria propria--Engelbrecht; utique--PMX, ut quae--R3 edd., proprie uti quae--Fred.
 6. concipit--Kroymann; hoc--MX, haec--P
 - 7 - 9. aiunt--MX, parere aiunt--P; mater--PMX, matres--Jun. Kroymann; et ... metuere--lacunam sig. Pam. Kroymann; sic Kroymann, insisteret et haerere--Oehler, insisteret haerere--PMX
 11. atque--MX, et--P; mutuaretur--P, mutaretur--MX
 12. suscipit--MX, suspicit--P
 13. et--PMX, ut--Jun.
 14. succidit--R3, Kroymann
 15. quid ni--R3, quid in--PMX
-

tamen Sophiae exitus vacuit: [3] omnes aerumnae eius operantur, siquidem et illa tunc conflictatio in materiae originem pervenit. ignorantia, pavor, maeror substantiae fiunt. ibi demum pater motus aliquando quem supra diximus Horon per Monogenem Nun in haec promit in imagine sua femina-marem, quia et de patris sexu ita variant. adiciunt autem Horon etiam Metagoea (circumductorem) vocari et Horotheten. [4] huius praedicant opera et repressam ab illicitis et purgatam a malis et dienceps confirmatam Sophiam et coniugio restitutam, et ipsam quidem in Pleromatis censu remansisse, Enthymesin vero eius et illam appendicem passionem ab Horo relegatam et crucifixam et extra eum factam--[5]malum, quod aiunt, foras. spiritalem tamen substantiam illam ut naturalem quandam impetum Aeonis sed informem et inspeciatam, quatenus nihil adprehendisset, ideoque fructum infirmum et feminam pronuntiatam.

15

- 1 - 3. sic PMX, operantur in materiae originem siquidem ex illa tunc conflictatione ignorantia pavore maerore... substantias fiunt--Kroymann
- 2, 3. provenit--M; pavor--R3, pavorem--PMX
- 3, 4. ibi demum--R3, ibidem--PMX; motus aliquando motus--PMX
5. femina-mare--Rig., femina marem--PMX, feminam marem--Kroymann
6. et de--Kroymann, aede--PM, aedoe--X, de--R3; sexu--R, ex vita--PMX; Horo--X
7. Metagogia--MX; id est circumductorem--R3; Horoten--PM
10. censu remansisse--Gelenius, censura mansisse--PMX
11. adpendicem--PM; sic R3, abhorrere ligatam--PMX
12. eum--Rig. ex Irenaeo, aevum--PMX
14. inspeciatam--Gelenius, inspectatam--PMX
15. praenuntiatam--X

XI. 40

[1] igitur post Enthymesin extorrem et matrem eius Sophiam coniugi reducem ille iterum Monogenes ille Nus, otiosus plane de Patris cura atque prospectu, solidandis rebus et Pleromati muniendo iamque figendo ne qua eiusmodi rursus concussio incuteret, novam excludit copulationem, Christum et Spiritum Sanctum, turpissimam putem duorum masculorum--[2] aut femina erit Spiritus Sanctus et vulneratur a femina masculus. munus enim his datur unum: procurare concinnationem Aeonum et ab eius officii societate duae scholae protinus, duae cathedrae, inauguratio quaedam dividendae doctrinae Valentini. Christi erat inducere Aeonas naturam coniugiorum--vides quam rem plane--et Innati coniectationem et idoneos efficere generandi in se agnitionem Patris, quod capere eum non sit neque comprehendere non visu denique non auditu computiri eius nisi per Monogenem. [3] et tamen tolerabo quod ita discut patrem nosse--ne nos et illud! magis denotabo doctrinae perversi-

-
3. prospectu--R3, prospectus--PMX
5. incuteret--PMX, incurreret--Rig., Gelenius
6. turpissimam--Engelbrecht, turpissimum--PMX
- 7, 8. munus enim--Engelbrecht, nomen in--PMX, numen--R3
- 8, 9. ab eius--R3, dabis--PMX; societate--R3, societatem--PMX
11. inducere--codd., enim docere--Jun.
12. plane--PMX, piam--R3; regenerandi--Kroymann
15. discut--R3, discedunt--PMX
16. sic PMX, nosse. ne nos et illud (scil. faciamus) magis--Engelbrecht, nosse ne nossent. illam magis--R3; doctrinae denotabo--P

tatem quod docebantur incomprehensibile quidem Patris causam esse perpetuitatis ipsorum, comprehensibile vero eius generationis illorum et formationis esse rationem. hac enim dispositione illud, opinor, insinuat expedit deum non apprehendi siquidem inapprehensibile eius perpetuitatis est causa. (4) apprehensibile autem non perpetuitatis, sed nativitatis et formationis, egentium perpetuitatis. [4] filium autem constituent apprehensibile patris; quomodo tamen apprehendatur tum prolatus Christus edocuit. Spiritus vero Sancti propria ut de doctrinae studio omnes peraequati gratiarum actionem prosequi nossent et veram inducerentur quietem.

XII.

[1] itaque omnes et forma et scientia peraequantur facti omnes quod unusquisque; nemo aliud quia alteri omnes. refunduntur in Nun omnes in Homines, in Theletos, aequae feminae in Sigas,

in Zoas, in Ecclesias, in Fortunatas, ut Ovidius Metamorphoses suas delevisset si hodie maiorem cognovisset. [2] exinde refecti 15

-
- 1, 2. sic R, incomprehensibile--PMX; esse causam--X; sic R, comprehensibile--PMX
 4. expedire--R3, experire--PMX
 8. adprehensibile--Engelbrecht, adprehensibile--PM, adprehensibile autem--X; quomodo--P, quoquo modo--MX
 9. propria--PMX, provincia--Kroymann; unde--PMX, ut de--R3
 12. et forma--MX, forma--P; scientia--PMX, sententia--Pam, sapientia--Rig. I
 14. in Nun--PNMR, in Nus--Pan., Kroymann; in omnes--XM ("in" in ras.); aequae--PMX, et quae--Rig.; insicas--PMX
 15. Philetos--PNM
 16. maiores--Kroymann
-

sunt et constabiliti sunt et in requiem ex veritate compositi magno cum gaudii fructu hymnis Patrem concinunt. diffundebatur et ipse laetitia et utique bene cantantibus filiis, nepotibus. quidni diffunderetur omni iocunditate, Pleromate liberato. quis nauclerus non etiam cum dedecore laetatur? videmus cotidie nauticorum lascivias gaudiorum. [3] itaque ut nautae ad symbolam semper exultant, tale aliquid et Aeones; unum iam omnes etiam forma nedum sententia, convenientibus ipsis quoque novis fratribus et magistris Christo et Spirito Sancto, quod optimum atque pulcherrimum unusquisque florebat conferunt in medium. vane, opinor; si enim unum erant omnes ex supra dicta peraequatione, vacabat symbolae ratio quae ferme ex varietatis gratia constat. [4] unum omnes bonum conferebant quod omnes erant; de modo forsitan fuerit ratio aut de forma ipsius iam peraequationis. igitur ex aere collaticio, quod aiunt, in honorem et gloriam Patris pulcherrimum Pleromatis sidus fructumque perfectum compingunt Iesum. eum cognominant Soterem et Christum et Sermonem de patritis et Omnia iam ut ex omnium defloratione constructum: Graculum 42

5

10

15

-
- 3, 4. om. "et" R3; filiis et nep.--R3; iocunditati--Kroymann
 7. simbulam--PM, simbolam--X
 9. novis--M, nobis--X, om. P
 - 11, 12. aut si unum omnes . . . desiderat Kroymann.
 - 15, 16. collaticio--Rig., collocatio--PM, collacio--X; om. et--MX
 17. compingitur--M; Iesum--R3, ieunium--R1, iciunium--PMX
 18. patritis--J. Scal., patruitis--PMX; deplorationem--X
 19. gragulum--PMX
-

Aesopi, Pandoram Hesiodi, Acci Patinam, Nestoris Cocetum, Miscellaneam Ptolomaei. [5] quam proprius fuit de aliquibus Osciae scurris Pancapipannirapiam vocari a tam otiosis auctoribus nominum. ut autem tantum sigillarium extrinsecus quoque inornasset, satellites ei angelos proferunt par genus; si inter se, potest fieri, si vero Soteri consubstantivos-- ambigue enim positura inveni--quae erit eminentia eius inter satellites coaequales? 43

5

XIII.

[1] continet hic igitur ordo primam professionem pariter et nascentium et nubentium et generatium Aeonum, Sophiae ex desiderio Patris periculosissimum casum. Hori oportunitissimum auxilium, Enthymeseos et coniunctae Passionis expiatum, Christi et Spiritu Sancti paedagogatum, Aeonum tutelarem reformatum, Soteris pavoninum ornatum, Angelorum comparaticum antistatum. [2] quod superest, inquis, vos valet et 10

-
1. aesiodi--PM
 2. Tholomaei--PM, pholomei--X
 3. Osciae scurris--Kroymann, hostias curis--PMX, Atticis curis--Rig., Atticis historicis--R3; sic PMX, pancarpam--R3, pancarpon--Rig.
 6. consubstantivos--R3, constantivis--PMX
 9. primus--Kroymann; processionem--R3
 11. Hori--R, Mori--PMX
 13. Christi--R3, Christo--PMX
 16. proicite--PMX, proh dicite--J. Scal., proficite--Oehler, explodite--Kroymann

Note: 2. Prolomaei changed to Ptolomaei (looks like a typo when compared with SC280). RP.

prima tragoediae scaena, alia autem trans siparium coturnatio est--extra Pleroma dico. et tamen hic exitus sub sinu Patris intra ambitum Hori custodis; qualis extra iam in libero ubi deus non est? 44

XIV.

[1] namque Enthymesis sive iam Achamoth, quod abhinc scripta hoc solo ininterpretabili nomine, ut cum vitio individuae passionis explosa est in loca luminis aliena, quod Pleromatis res est, in vacuum atque inane illud Epicuri, miserabilis etiam de loco est. certe nec forma nec facies ulla, defectiva scilicet et abortiva genitura. dum ita rerum habet, flectitur a superioribus Christus, deducitur per Horon aborsum ut illud informet de suis viribus solius substantiae, non etiam scientiae, forma. [2] et tamen cum aliquo peculio relinquitur, id erat odor incorruptibilitatis quo compos se casus sui potiorum desiderio suppararetur. hac misericordia functus non sine Spiritus Sancti societate recurrit Christus 5
10
15

-
2. om. hic PMX, hic exitus--Kroymann, si talis--R3
 3. custodis--R3, custodes--PMX
 5. scripta--Fred., scriptam--PM, scriptura--X, scriptum--R3, scribam--Kroymann
 - 9, 10. defectiva--R3, devestiva--PMX, intempesta--Oehler, de vexativa--Kroymann
 12. informet--R3, informat--PMX
 - 14, 15. id erat--Kroymann, iteratur--PMX, iteratus--Engelbrecht; sic PX, compos . . . casus--M, compos casus--Kroymann
-

in Pleroma. usus est rerum ex liberalitatibus quoque nomina accedere: Enthymesis de actu fuit, Achamoth unde adhuc quaeritur, Sophia de matre manat, Spiritus Sanctus ex angelo. [3] accipit Christi a quo derelictam se statim senserat desiderium. itaque prosiluit et ipsa lumen eius inquirere. quem si omnino non noverat ut invisibiliter operatum quomodo lumen eius ignotum cum ipso requirebat? tamen temptavit et fortasse adprehendisset si non idem Horos qui matri eius tam prospere venerat nunc tam importune filiae occurrisset ut etiam inclamaverit in eam "Iao"--quasi "porro quirites" aut "fidem Caesaris." [4] inde invenitur "Iao" in scripturis. ita depulsa quominus pergeret nec habens supervolare Crucem, id est Horon, quia nullum Catulli Laureolum fuerit exercitata, ut destituta ut passioni illi suae intricata multiplici atque perplexae, omni genere eius coepit adfligi: maerore quod non perpetrasset inceptum, metu ne sicut luce ita et vita orbaretur, tum ignorantia. nec ut mater eius, illa enim 45
5
10
15

Aeon, at haec pro conditione deterius insurgente adhuc et

-
- 2, 3. quaeritur adhuc--X; patre--Rig.
4. Christi--Oehler, Christum--PMX; derelictam--Oehler,
derelicta--PMX
8. matre--X
9. nunc--PM, nec--X
14. intricata--Kellner, intrichea--PNM in trica--R3;
multiplici--R3, multiplicia--PMX
15. perplexae--Kroymann, perplexa--PMX
16. metu--R3, metum--PMX; sicut--R3, si ut--PMXR1
18. at haec--R3, ad haec--PNXR1, sed--Kroymann; condi-
tione--P, condicione--MX
-

alio fluctu, conversionis scilicet in Christum a quo vivifi- 46
cata fuerat et in hanc ipsam conversionem temperata.

XV.

[1] age nunc discant Pythagorici, agnoscant Stoici, Plato ipse,
unde materiam quam innatam volunt et originem et substantiam
traxerit in omnem hanc struem mundi, quod nec Mercurius ille 5
Trismegistus, magister omnium physicorum, recogitavit. [2] aud-
isti conversionem genus aliud passionis. ex hac omnis anima
huius mundi dicitur constitisse, etiam ipsius Demiurgi, id
est dei nostri. audisti maerorem et timorem; ex his initi-
ata sunt cetera; nam ex lacrimis eius universa aquarum
natura manavit. [3] hinc aestimandum quem exitum duxerit, quan- 10
tis lacrimarum generibus inundaverit. habuit et salsas,
habuit et amaras et dulces et calidas et frigidas guttas et
bituminosas et ferruginantes et sulphurantes, utique et
venenatas ut et Nonacris inde sudaverit quae Alexandrum occi-
dit, et Lyncestarum inde defluerit quae ebrios efficit, et 15
Salmacis inde se solverit quae masculos molles. [4] caelestes

-
4. materia--R3, materiam--PMX
6. trismegistis--R, trimegistor--PMX
8. mundi--Gelenius, modi--PMX; ipsiusdem demiurgi--X, dem
iurgii--M (semper)
11. hinc--X, hic--PM
14. Ferruginantes in ras. M; utique--X, undique--PM
15. bene natas--PMX
16. Lyncestarum--R3, lycesiarum--M, licesiarum--PX
17. salinacis--X; molles--MX, mollescit--P; etiam caelestes--
Kroymann, etiam trans. Kroymann, ante "caelestes", caeles-
tes om. X
-

imbres pipiavit Achamothe et nos in cisternis etiam alienos 47
luctus et lacrimas servare curamus, proinde ex consterna-
tione et pavore corporalia elementa ducta sunt. et tamen
in tanta circumstantia solitudinis, in tanto circumspectu
destitutionis ridebat interdum qua conspecti Christi recor-
dans. eodem gaudii risu lumen effulsit. [5] cuius hoc provi- 5
dentiae beneficium! quae illam ridere cogebat idcirco ne
semper nos in tenebris moraremur. nec obstupescas quin
laetitia eius tam splendidum elementum radiaverit mundo cum
maestitia quoque eius tam necessarium instrumentum defuerit
saeculo. o risum illuminatorem! o fletum rigatorem! et 10
tamen poterat remedio iam agere cum illius loci horrore--
omnem enim obscuritatem eius discussisset quotiens ridere
voluisset--vel ne cogereetur desertores suos supplicare.

XVI.

[1] convertitur enim ad preces et ipsa more materno, sed Christus quem iam pigebat extra Pleroma proficisci vicarium praeficit. 15
Paracletum Soterem (hic erit Iesus largito et Patre universorum

-
3. corporalia--R3, corporali--PMX
 4. circumspectu--P, circumspecto--MX
 6. eo de gaudii risu--Jun.
 7. quae--P, quale--MX edd.
 8. quin--J. Scal., quis--PMX
 10. defuderit--Rig., defluerit--R3 ex Gorz.
 13. discussisset--Rig., discussit sed--PMX
 16. praefecti--Kroymann
 17. patte om. P; universorum--R3, universo--PMX
-

Aeonum summam potestatem subiciendis eis omnibus uti in ipso 48
secundum Apostolum omnia conderentur) ad eam emittit cum
officio atque comitatu coetaneorum angelorum; credas et cum
duodecim fascibus. [2] ibidem adventu pompatico eius concussa
Achamoth protinus velamentum sibi obduxit ex officio primo 5
venerationis et verecundiae. dehinc contemplatur eum fruc-
tiferumque suggestum; quibus inde conceperat viribus occurrit
illi ku&rie xai=re. hic opinor susceptam ille confirmat
atque conformat agnitione iam et ab omnibus iniuriis pas-
sionis expumicat non eadem negligentia in exterminium discre- 10
tis quae acciderat in casibus matris. [3] sed enim exercitata
vitia et usu viriosa confudit atque ita massaliter solidata
defixit seorsum in materiae incorporalem paraturam commutans
ex incorporali passione, indita habilitate atque natura qua
pervenire mox posset in aemulas aequiperantias corpulentiarum 15
ut duplex substantiarum conditio ordinaretur: de vitiis

-
2. conderentur--Pam., confoederentur--PMX; ad--X, at--PM
 4. fascibus--R3, facibus--PMX; ibidem--PX, ibi demum--M
 - S. sibi velamentum--X; ex--R, et--PMX
 - 6, 7. fructiferum--P
 - 8, 9. sic--Pam., quirie chaere--PMX; dicens opinor. Susceptam
... Kroymann; sic Lat., confirmat atque confirmat--MX,
atque confirmat om. P; agnitionis iam forma (fortasse)
--Kroymann
 11. quae--X, qui--PM
 12. ossa viri--X
 13. incorporalem--Fred. ex Irenaeo, corporalem--PMX edd.
 14. sic Kroymann, habilitatem (habitabilitatem--X) atque
naturam--PMX
 15. possent--Kroymann
 16. conditio--scripsi, condicio--PMX edd.; de vitiis--R,
divitiis--PMX
-

pessima, de conversione passionalis. haec erat materia quae 49
nos commisit cum Hermogene ceterisque qui deum ex materia,
non ex nihilo, operatum cuncta praesumunt.

XVII.

[1] abhinc Achamoth expedita tandem de malis omnibus ecce iam
proficit et in opera maiora frugescit. prae gaudio enim 5
tanti ex infelicitate successus concaefacta simulque con-
templatione ipsa angelicorum luminum, ut ita dixerim, sub-
fermentata--pudet sed aliter exprimere non est--quodammodo
subsuriit intra et ipsa in illos et conceptu statim intumuit
spirituali ad imaginem ipsam quam vi laetantis ex laetitia
prurientis intentionis imbiberat et sibi intimarat. [2] peperit 10
denique et facta est exinde trinitas generum ex trinitate
causarum: unum materiale quod ex passione, aliud animale

quod ex conversione, tertium spiritale quod ex imaginatione.

XVIII.

[1] hac auctoritate--trium scilicet liberorum--agendis rebus exercitior facta, formare singula genera constituit. sed

15

-
1. materia prima--X
 4. Achamotha--PMX
 7. ipsa om. X
 9. subsurit--Rig., substruit--PMX; subavit--R3; intra se--Lat.
 10. vi--Kroymann, Fred., vis--PMX; laetantis--R, laetantes--PMX; ex--PMX, et--R, et ex--Kroymann
 11. prurigentis--X
 12. generis--Jun.
 14. ex spiritale--X

Note: 5. gudio changed to gaudio (looks like a typo when compared with SC280). RP.

spiritalis quidem non ita potuit attingere ut et ipsa spiritalis; fere enim paria et consubstantiva in alterutrum valere societas naturae negavit. [2] eo animo se unum ad animale convertit prolatis Soteris disciplinis. et primum--quod cum magno horrore blasphemiae et pronuntiandum et legendum est et audiendum--deum fingit hunc nostrum et omnium praeter haereticorum, Patrem et Demiurgem et Regem universorum quae post illum, ab illo enim--si tamen ab illo, et non ab ipsa potius Achamoth a qua occulto, nihil sentiens eius et velut sigillario extrinsecus ductu, in omnem operationem movebatur. [3] denique ex hac personarum in operibus ambiguitate nomen illi Metropatoris miscuerunt distinctis appellationibus ceteris secundum status et situs operum: ut animalium quidem substantiarum quas ad dextram commendant Patrem nuncupant, materialium vero quas ad laevam delegant Demiurgem nominant, Regem autem communiter in universitatem.

50

5

10

15

-
1. effingere--Lat.
 3. se--R3, si--PMX
 6. fingit hunc--R3, fingi adhuc--PMX
 7. deum demiurgum--P, deum iurgum--X; et regem om. P
 8. post--R3, postea--PMX; ipsa--R3, ipso--PMX
 9. Achamoth a--R, achamotha--PMX; qua--R3, quo--PMX
 10. sigillario--R3, singillario--PMX
 12. metropatoris--R ex Irenaeo, metropateris--PMX
 15. materialium--Kroymann, maternarium--PMC, materiarum--R

Note: 1-2. spiritalis changed to spiritalis (looks like a typo when compared with SC280). RP.

Also: 2. enem changed to enim.

XIX.

51

[1] sed nec nominum proprietates competunt proprietati operum de quibus nomina cum deberet illa haec omnia vocitari a qua res agebantur--nisi quod iam nec ab illa! cum enim dicant Achamoth in honorem Aeonum imagines commentatam, rursus hoc in Soterem auctorem detorquent qui per illam sit operatus, ut ipsam quidem imaginem Patris invisibilis et incogniti daret, incognitam licet et invisibilem Demiurgo. eundem autem Demiurgum Nun filium effingeret. Archangeli vero, Demiurgi opus, reliquos Aeonas experimerent. [2] cum imagines audio tantas trium, quaero, non vis nunc ut imagines rideam perversissimi pictoris illorum: feminam Achamoth imaginem Patris, et ignarum matris Demiurgum--multo magis Patris--imaginem Nu non ignorantis Patrem, et angelos famulos simulacra dominorum? hoc est mulum de asino pingere et Ptolomaeum describere de Valentino.

5

10

1. cui nec proprietas--suppl. Kroymann; nomina--PMX, nomina omnia--R
 4. Aeonum universa facere volentem, eorum imagines . . .--suppl. Kroymann
 6. incognitus--X; daret--PM, darent--X
 7. licet--PMX, scilicet--R; invisibilem--R, invisibilis--PMX
 8. effingeret--PM, effingere--X ',
 11. illorum. .. dominorum trans. Kroymann ante "quaero"; feminam--R, femina--PMX (feminam, man. 1)
 12. imagine--X; Nu non--Kroymann, non--PMX, Nu-R
 14. Tholomaeum--PMX

XX.

[1] igitur Demiurgus extra Pleromatis limites constitutus in ignominiosa aeterni exilii vastitate novam provinciam condit, hunc mundum, repurgata confusione et distincta diversitate duplici substantiae illius detrusae, animalium et materialium. ex incorporalibus corpora aedificat gravia levia sublimantia et vergentia caelestia atque terrena. tum ipsam caelorum septemPLICEM scaenam solio desuper suo finit; [2] unde et Sabbatum dictum est ab hebdomade sedis suae et Ogdoada mater Achamoth ab argumento ogdoadis primigenitalis. caelos autem noerou_j deputant et interdum angelos eos faciunt sicut et ipsum Demiurgum, sicut et Paradisum Archangelum quartum quoniam et hunc supra caelum tertium pangunt, ex cuius virtute sumpserit Adam deversatus illic inter nubeculas et arbusculas. [3] satis meminerat Ptolomaeus puerilium dicibulorum, in mari poma nasci et in arbore pisces; sic et in caelestibus nuceta praesumpsit. operatur Demiurgus ignorans et ideo fortasse non scit arbores in sola terra institui oportere.

4. duplicis--R; detrusae--Kroymann, destrusae--PM, destrusus--X, distrusae--Jun., disclusae--Oehler; materialium--Kroymann (cf. cap. XVIII), materiarum--PMX
 6. tum--R3, cum--PMX
 8. dictum est--PMXR1, dictum--R3, dictus--Jun.; et (alter) --PMX, ut--Kroymann
 10. noerou_j --Engelbrecht, noeros--PMX
 13. quam--X; sumpserit aliquid--Engelbrecht ex Irenaeo
 14. meminerit--X; discipulorum--X

plane mater sciebat; quidni suggerebat quae et effectum suum ministrabat? sed tantum fastigium filio extruens per ea opera quae illum et patrem et deum et regem ante Valentinianorum ingenia testantur, cur sibi quoque ipsa noluit esse nota, postea quaeram.

XXI.

[1] interim tenendum Sophiam cognominari et Terram et Matrem et (quod magis rideas) etiam Spiritum Sanctum quasi marem Terram. ita omnem illi honorem contulerunt feminae, puto et barbame dixerim cetera. alioquin Demiurgus adeo rerum non erat compos--de animalis scilicet census invaliditudine spiritalia accedere--ut se solum ratus contionaretur "ego deus et absque me non est." [2] certe tamen non fuisse se retro sciebat. ergo et factum intellegebat et factitorem facti esse quemcumque. quomodo ergo solus sibi videbatur etsi non certus, saltem suspectus de aliquo factitore?

- sic P, cur se quoque istam noluit notam--MX, cur se ipsam noluit ei notam--Kroymann
6. tenedum--R3, teneam dum--M (corr. deum man. 1), teneam deum--X
7. quasi marem--P, quasi matrem--MX; huc trans. Kroymann "quasi marem terram" quae in mss. post "et matrem" leguntur. seclusit "terram" Kroymann; illi masculi--Kroymann
10. sic Kroymann, de animalibus scilicet censu invaliditudinis--PMX
13. factitatore--R, factitorem--PMX
15. factitatore--M, factitore--PX

Note: 14. quomode changed to quomodo (looks like a typo when compared with SC280). RP.

XXII. 54

[1] tolerabilior infamia est apud illos in diabolum vel quia origo sordidior capit. ex nequitia enim maeroris illius deputatur ex qua angelorum et daemonum et omnium spiritalium malitiarum genituras notant. [2] et tamen diabolum quoque opus Demiurgi adfirmant et Munditenentem appellant et superiorum magis gnarum defendunt ut spiritalem natura quam Demiurgum et animale. meretur ab illis praelationem cui omnes haereses procurantur. 5

XXIII.

[1] singularium autem potestatum arces his finibus collocant: in summis summitatibus praesidet tricenarius Pleroma Horo signante lineam extremam; inferius illum metatur medietatem Achamoth filium calcans; subest enim Demiurgus in hebdomade sua; [2] magis diabolus in isto nobiscum convenit mundo coelementato et concorporificato, ut supra editum est, ex Sophiae utilissimis casibus, qua nec aerem haberet, recipiendi spiritus spatium, teneram omnium corporum vestem, colorum omnium iudicem, organum temporum, si non et istum Sophiae 10 15

-
4. malitiarum--R3, militarium--PMX
6. naturam--X
10. praesidet--R3, praesident--PMX
11. medietatem--M
13. convenit--PMX, communi--R3
15. ultimis--X; qua--PMR, quam--X

maestitia colasset--sicut animalia metus, sicut conversio eius ipsum Demiurgum. [3] his omnibus elementis atque corporibus ignis inflabellatus est. cuius originaem Sophiae passionem quia nondum ediderunt ego argumentabor motiunculis eius excussam; credas enim illam in tantis vexationibus etiam febricitasse. 5

XXIV.

[1] cum talia de deo vel de diis, qualia de homine figmenta? molitus enim mundum Demiurgus ad hominem manus confert et substantiam ei capit non ex ista, inquiunt, arida quam nos unicam novimus terram--quasi non, etsi arida postmodum, adhuc tamen tunc aquis ante segregatis superstite limo, siccaverit --sed ex invisibili corpore materiae illius scilicet philosophicae de fluxili et fusili eius, quod unde fuerit audeo aestimare quia nusquam est: [2] si enim fusili et fluxile liquoris est qualitas, liquor autem omnis de Sophiae fletibus fluxit, sequitur ut limum ex pituitis et gramis Sophiae constitisse credamus quae lacrimarum proinde sunt faeces, sicut aquarum 10 15

-
7. deis--M
 9. ei--R3, si--PMX
 10. terra--Oehler; fort. del. "non"--Fred.; adhuc--PMR,
 hunc--X
 11. tamen om. X; superstite--R, supersteti--PM, superstiti--X;
 succida fuerit--Kroymann, Fred.
 13. audio--X
 14. "nusquam editum" desiderat Kroymann
 16. constitisse--R3, constituisse--PMX
-

quod desidet limus est. figulat ita hominem Demiurgas et de
 afflatu suo animat. sic erit et choicus et animalis ad
 imaginem et similitudinem factus quadruplex res: ut imago
 quidem choicus deputetur--materialis scilicet etsi non ex
 materia Demiurgus; similitudo autem animalis--hoc enim et
 Demiurgus. [3] habes duos. interim carnalem superficiem postea
 aiunt choico supertextam et hanc esse pelliceam tunicam ob-
 noxiam sensui.

56

5

XXV.

[1] inerat autem in Achamoth ex substantia Sophiae matris peculium
 quoddam seminis spiritalis sicut et ipsa; Achamoth in filio
 Demiurgo sequestraverat ne hoc quidem gnaro. (accipe indus-
 triam clandestinae providentiae huius.) [2] ad hoc enim et
 deposuerat et occultaverat ut, cum Demiurgus animam mox de
 suo afflatu in Adam communicaret, pariter et semen illud
 spiritale quasi per canalem animae derivaretur in choicum
 atque ita feturatum in corpore materiali velut in utero et
 adultum illic idoneum inveniretur suscipiendo quandoque
 sermoni perfecto. [3] itaque cum Demiurgus traducem animae suae

10

15

-
1. desidet--R, desides--PMX; itaque--Kroymann
 4. materialis--R3, materiali--PMX
 9. Achamotha--PMX
 11. quidem om. X
 15. canalem--R3, carnalem--PMX; animae--Engelbrecht (canalis
animae--windpipe), animam--PMX
 18. sermoni--R3, sermone--PMX; dum--R3

Note: 5. hox changed to hoc (looks like a typo when compared with SC280). RP.

committit in Adam, latuit homo spiritalis flatui eius inser-
 tus et pariter corpori inductus quia non magis semen noverat
 matris Demiurgus quam ipsam. hoc semen Ecclesiam dicunt,
 Ecclesiae supernae speculum et Hominis, censum proinde eum
 ab Achamoth deputantes quemadmodum animale a Demiurgo,
 choicum substantis a)rxh~j, carnem materia. habes novum id
 est quadruplum Geryontem.

57

5

XXVI.

[1] sic et exitum singulis dividunt: materiali quidem, id est
 carnali, quem et sinistrum vocant, indubitatum interitum;
 animali vero quem et dextrum appellant dubitatum eventum
 utpote inter materialem spiritalemque nutanti et illac debito
 qua plurimum adnuerit. ceterum spiritalem emitti in animalis
 comparationem ut erudiri cum eo et exerceri in conversation-
 ibus possit. [2] indignis enim animale etiam sensibilibus
 disciplinarum. in hoc et paraturam mundi prospectam, in hoc

15

-
1. cummisit--Jun.; flatui eius--Kroymann, flatu iesus--
 PMX, flatu--R3, flatu ipsius--Jun.
 4. hominis censum--M, hominis incensum--PX, hominis cen-

- sum--R, hominis spiritualis censum--Kroymann; eum--PM, cum--X; eum spiritalem--Fred.
6. arches--PM, archas--X; carnem--R3, carne--PMX, carnalem--Engelbrecht; materia--PM, materiae--X, materiale--Kroymann
7. sic--R3, in quadruplim--PNXR1
11. nutanti--R3, nuncianti--MX, nuntianti--P
12. qua--R3, quam--PMX
14. possit--Pam., potuit--PMX

et Sotere in mundo repraesentatum, in salutem scilicet animalis. alia adhuc compositione monstruosum volunt illum prosicias earum substantiarum induisse quarum summam saluti esset redactus: ut spiritalem quidem susceperit ab Achamoth, animale vero quem mox a Demiurgo induit Christum, ceterum corporalem ex animali substantia sed miro et inenarrabili rationis ingenio constructam administrationis causa interim tulisse quo congressui et conspectui et contactui et defunctui ingratis subiaceret. materiale autem nihil in illo fuisse utpote salutis alienum--quasi aliis fuerit necessarius quam egentibus salutem. et totum hoc ut carnis nostrae habitum alienando a Christo a spe etiam salutis excipiant.

XXVI.

[1] nunc reddo de Christo in quem tanta licentia Iesum inserunt quidem quanta spiritale semen animali cum inflatu infulciunt,

-
- 1, 2. praesentatum--X; alia om. X; seclisit in salutem ... animalis--Kroymann
- 3, 4. prosicias--Kroymann, prospicias--PMX, prospicientias--R3M (man. 2); induisse--R3, invidisse--PMX; saluti--R3, salutis--PMX; susceperit--R3, susceperis--PMXI
- 6 - 8. enarrabili--X; causa interim--Engelbrecht, causam vi--PMX, causam ideo--Oehler; contractui--X
9. subiaceret--R3, subiacent--PMX
10. aliis--P, alii--MX Kroymann
11. egenti--Kroymann
13. excipiant--P, expectant--MX, expellant--R3
14. tanta licentia--R3, tanti licentiam--PMX
15. quantum--X

fartilia nescio quae commenti et Hominum et deorum suorum: esse etiam Demiurgo suum Christum filium naturalem denique animale, prolatum ab ipso, promulgatum prophetis, in praepositionum quaestionibus positum, id est per virginem non ex virgine editum quia delatus in virginem transmeatoria potius quam generatorio more processerit per ipsam non ex ipsa, non matrem eam sed viam passus. [2] super hunc itaque Christum devolasse tunc in baptismatis sacramento Iesum per effigiem columbae. fuisse autem et in Christo etiam ex Achamoth spiritualis seminis condimentum ne marcesceret scilicet reliqua farsura. nam in figuram principalis tetradis quattuor eum substantiis stipant: spiritali Achamothiana, animali Demiurgina, corporali inenarrativa, et illa Soteriana, id est columbina. et Soter quidem permansit in Christo impassibilis inlaesibilis inapprehensibilis. denique cum ad prehensiones venit, discessit ab illo in cognitione Pilati; [3] proinde nec matris semen admisit iniurias aequae insubditivum et ne ipsi quidem Demiurgo compertum.

-
- 2, 3. eundemque animale--Kroymann ex Irenaeo; prophetis--R3, prophertis--PMX

10. in arcesceret--X
12. spiritali--R3, spiritalis--X, spirita--PM
13. animalis--PM, animalis--X; corporalis sine enarrativa--X, corporali sine enarrativa--P (corr. man. 1), M (corr. man. 2)
16. ad prehensiones--Kroymann, adprehensiones--PMX, ad adprehensiones--R

patitur vero animalis et carneus Christus in delineationem superioris Christi qui Achamoth formando substantivali non agnitionali forma Cruci, ed est Horo, fuerat innixus. ita omnia in imagines surgent, plane et ipsi imaginarii Christiani.

60

XXVIII.

[1] interea Demiurgus omnium adhuc nescius etsi aliquid et ipse per prophetas contionabitur ne huius quidem operis sui intellegens--dividunt enim et prophetiale patrocinium in Achamoth, semen, in Demiurgum--ubi adventum Soteris accepit propere et ovanter accurrit cum omnibus suis viribus--centurio de evangelio--et de omnibus inluminatus ab illo etiam suam discit quod successurus sit in locum matris. [2] ita exinde securus dispensationem mundi huius vel maxime ecclesiae protegendae nomine quanto tempore oportuit insequitur.

5

10

XXIX.

[1] colligam nunc ex disperso ad concludendum quae de totius generis humani dispositione iusserunt. triformem naturam

15

-
2. qui--PMX, qui ad--R3; formando--Kroymann, formandum--PMX, formandam--R3
 - 3, 4. ita omnia--P; in imagines urgent--R3, in imagine surgent--PMX
 6. etsi--Gel., ut si--PMX, aut si--Kroymann
 - 8 - 10. prophetiale--R3, prophetiare--PNF, prophetiarum--Kroymann; in semen--R3; viribus suis--X
 14. tempore--R3, te--PMX; oportuit consummare--Kroymann
 16. iusserunt--scripsi, iusserat--PMX, disserant--R3 edd.

Note: 12. its changed to ita (looks like a typo when compared with SC280). RP.

primordio professi et tamen inunitam in Adam, inde iam dividunt per singulares generum proprietates nacti occasionem distinctionis huiusmodi ex posteritate ipsius Adae moralibus quoque differentiis tripertita. [2] Cain et Abel, Seth fontes quodammodo generis humani in totidem derivant argumenta naturae atque sententiae: choicum, saluti degeneratum, ad Cain redigunt; animale, mediae spei deliberatum, ad Abel componunt; spiritale, certae saluti praeiudicatum, in Seth recondunt. sic et animas ipsas duplici proprietate discernunt, bonas et malas secundum choicum statum ex Cain et animalem ex Abel. [3] spiritalem enim ex Seth de obvenientia superducunt iam non naturam sed indulgentiam ut quos Achamoth de superioribus in animas bonas depluat, id est animali censui inscriptas. choicum enim genus, id est malas animas, numquam capere salutaria; immutabilem enim et irreformabilem naturae pronuntiaverunt. id ergo granum seminis spiritalis modicum et parvulum iactu sed eruditu huius fides augetur

61

5

10

15

-
1. professi--R3, profecti--PMX; unitatem--X
 3. moralibus--R, morabilis--PM, morabilibus--X
 4. tripertita--Kroymann, tripertitae--PMX; Seth--Kroymann, sed--PMX, et Seth--R3; Seth. hos fontes ...--Kroymann,

- romtes--P
 6. substantiae--Engelbrecht
 10. Chain--X
 11. spiritalem enim om. X
 12. quos--PMX, quam--Engelbrecht, quod--Fred.; de--Jun.,in--PMX
 13. censui--R, sensui--PMX
 16. naturae om. P
 17. iacitur--Kroymann; eruditu--R3, eruditus--PMX; huius quem supra diximus fide--Kroymann

atque provehitur, ut supra diximus, animaeque hoc ipso ita ceteris praeverterant ut Demiurgus tunc ignorans magni eas fecerit. [4] ex earum ergo laterculo et in reges et in sacerdotes allegere consueverat; quae nunc quoque si plenam atque perfectam notitiam apprehenderint istarum neniaram naturificatae iam spiritalis condicionis germanitate certam obtinebunt salutem immo omnimodo debitam.

XXX.

[1] ideoque neo operationes necessarias sibi existimant neo ulla disciplinae mania observant martyrii quoque eludentes necessitatem qua volant interpretatione. hanc enim regulam animalis semini praestitutam ut salutem quam non de privilegio status possidemus de suffragio actus elaboremus. nobis enim inscriptura huius seminis qui imperfectae scientiae sumus qua non norimus Theletum et utique abortui deputatur (quod mater illorum!). [2] sed nobis quidem--vae si excesserimus in

1. supra--PMX, ut supra--Oehler; animae quae--X
 2. praeverterant--Engelbrecht, praevvertant--PMX, praevertunt--R3; eorum--P; ergo--P, enim--MX Kroymann
 4. allegere--Fred., allegare--PM
 6. maturificatae--Jun.
 8. operantes--X
 13. inscriptam--X; perfectae--P; essentiae--PMX edd., scientiae--M.R.Braun
 14. non norimus--M.R.Braun, norimus--PMX, amoribus--R3; Theletum--Kroymann, philetum--PMXR1, Theleti--R3; deputatur--PMX, deputamur--R3, deputatum--M (man. 2)
 15. vae si--R3, quasi--PMX

aliquod disciplinae iugum, si obtorpuerimus in operibus sanctitatis atque iustitiae, si confitendum alibi nescio ubi et non sub potestatibus istius saeculi apud tribunalia praesidium optaverimus. [3] illi vero et de passivitate vitae et diligentia delictorum generositatem suam vindicent blandiente suis Achamoth quoniam et ipsa delinquendo proficit. nam et honorandorum coniugiorum supernorum gratia edicitur apud illos meditando atque celebrandum semper sacramentum "comiti," id est feminae, adhaerendi. alioquin degenerem nec legitimum veritatis qui deversatus in mundo non amaverit feminam nec se ei iunxerit. et quid facient spadones quos videmus apud illos?

XXXI.

[1] superest de consummatione et dispensatione mercedis: ubi Achamoth totani massam seminis sui presserit dein colligere in horreum coeperit, vel cum ad molas delatum et defarinatum

1. aliquod--X, aliquot--PM, aliquo--R3; obtorpuerimus--R, obtortuerimus--MX, obtortueribus--P

3. potestate--X
5. blandiente--R3, blandiuntur--PNDC
6. proficit--PMX, profecit--R3
7. sic Oehler, gratiae dicitur--PMX
8. comiti--R3, comitti--PX, semini--M
9. adhaerendi--Kroymann, adhaerendum--PMX, adhaerendo--R3; degenere--X
- 13 - 15. ubi--R3, subito--PMX; massam--PMX, messem--R3; subito totam massam acmoth--PM; presserit--PMX, perfecerit--Oehler, messerit--Engelbrecht; vel secl. Kroymann; tum--Kroymann

in consparsione salutari absconderit donec totum confrequentetur, tunc consummatio urgebit. igitur imprimis ipsa Achamoth de regione medietatis de tabulato secundo in summum transferetur restituta Pleromati. statim excinit compacticius ille Soter--Sponsus scilicet; ambo coniugium novum fiet --hic erit in scripturis sponsus et sponsalis Pleroma. [2] credas enim ubi de loco in locum transmigratur leges quoque Iulias intervenire. sicut et scaenam et Demiurgus tunc de hebdomade caelesti in superiora mutabit in vacuum iam caenaculum matris sciens iam nec videns illam. nam si ita erat, semper ignorare maluisset.

XXXII.

[1] humana vero gens in hoc exitus ibit: choicae et materialis notae totum in interitum quia omnis caro foenum. et anima mortalis apud illos nisi quae salutem fide invenerit.

- 1, 2. salutari--X, salutatia--PLI, alveari--R3, in consparsionis alutacia--Kroymann; confrequentetur--PM, frequentetur--X, confermentetur--R3
3. medietatis--R, medietatis--PMX
- 4, 5. transfertur--R3; restitutam--Kroymann; Pleromati--Kroymann, pleromatie--PM, pleromate--X, pleromati et--R3; compacticius--R3, comparcinus--PM, comparemus--X; et ambo--Oehler; fiet--R, fiet--PMX
6. hoc--Engelbrecht; sponsus et sponsa et sponsalis ... add. Engelbrecht ex Irenaeo
8. et scaenam--Oehler, et cainam--PMX, ex scaena--Kroymann
9. mutabit--R3, mutavit--PMX
10. sciens iam--R3, scientiam--PMX
11. maluisset--X, maluissent--PM
13. in interitum--Kroymann, interitum--PMX

iustorum animae, id est nostrae, ad Demiurgum in medietatis receptacula transmittentur--agimus gratias, contenti erimus cum deo nostro deputati qua census animalis. nihil in Pleromacis palatium admittitur nisi spiritale examen Valentini. [2] illic itaque primo despoliantur homines ipsi, id est interiores; despoliare est autem deponere animas quibus induti videbantur, easque Demiurgo suo reddent quas ab eo averterant. ipsi autem spiritus in totum fiet intellectuales neque detentui neque conspectui obnoxii, atque ita invisibiliter in Pleroma recipiuntur. furtim si ita est. [3] quid deinde? angelis distribuentur satellitibus Soteris. in filios putas? non. sed in adparatores? ni istud quidem. sed in imagines? utinam vel hoc. in quid ergo si non pudet dicere? in sponsas! tunc illi sabinas raptas inter se de matrimoniis ludent. haec erat spiritualium merces, hoc praemium credendi. [4] fabulae tales utiles ut Marcus aut Gaius

3. census animalis nihil--Kroymann, census. nihil ani-

- malis--PMX
5. despoliabunter--Kroymann
 6. autem est--X
 - 7, 8. quas . . . averterant secl. Kroymann
 9. detentui--M (man. 2), detentui--PMX
 10. recipientur--R3
 12. filios--R3, filio--PMX; non unus--Kroymann; si in--X; aparatores--R3, apparitoris--PMX
 13. imagines--R3, imaginis--PMX; in quid--R3, inquit--PMX; ergo--R3, erro--PMX; pudet--R3, putet--PMX
 - 14, 15. sponsas--R3, sponsas est--PMX; inter se de matrimoniis --PMX, iure matrimonii--R3; ludent--Kroymann, laudent --PMX, plaudent--R3, claudent--Oehler
 16. credendae--X; et Gaius--X

in hac carne barbatus et in hac anima severus maritus pater 66
 avus proavus--certe quod sufficit masculus--in nyphone Plero-
 matis ab angelo. . . tacendo iam dixi; et forsitan parias
 aliquem novissimum Aeonem. his nuptiis recte deducendis pro
 face et flammeo tunc credo ille ignis arcanus erumpet et
 universam substantiam depopulatus ipse quoque decineratis 5
 omnibus in nihilum finietur et nulla iam fabula. [5] sed ne ego
 temerarius qui tantum sacramentum etiam inludendo prodiderim.
 verendum mihi est ne Achamoth quae se nec filio agnitam vol-
 uit insaniet, ne Theletus irascatur, ne Fortunata acerbetur.
 et tamen homo sum Demiurgi; illuc habeo devertere ubi post 10
 excessum omnino non obnubitur, ubi superindui potius quam
 despoliari, ubi etsi despolior sexui meo, deputor angelis non
 angelus non angela; nemo mihi quicquam faciet quem nec tunc
 masculum inveniet.

15

XXXIII.

[1] producam denique velut epicitharisma post fabulam tantam
 etiam illa quae, ne ordini obstreperent et lectoris inten-

1. in hac carne--Jun., in hanc carnem--PMX; in hac anima--
 Jun., haec anima--PMX, haec omnia--R3
2. nyphone--R3, symphone--PMX
3. pariat--Kroymann
4. novissimum--Lat., onesimum--PMX, unum et tricesimum (vel
sim.)--Oehler
5. erumpet--P, erumpit--MX
10. philetus--PX; fortunata--Pam., fortuna--PMX (cf. cap.VIII);
 acerbetur--R, acervetur--PMX
12. obnubitur--MX, nubitur--PRig.; potius--R3, potuit--PMX
14. nec--Oehler, et--PMX

tionem interiectione dispargerent, hunc malui in locum dis- 67
 tulle aliter atque aliter commendata ab emendatioribus
 Ptolomaei. exstiterunt enim de schola ipsius discipuli super
 magistrum qui duplex coniugium Bytho suo adfingent, Cogita-
 tionem et Voluntatem. [2] una enim sans non erat Cogitatio qua
 nihil producere potuisset. ex duabus facillime prolatum 5
 secundum coniugium Monogenem et Veritatem, ad imaginem qui-
 dem Cogitationis feminam Veritatem, ad imaginem Voluntatis
 marem Monogenem. Voluntatis enim vis, ut quae effectum
 praestat Cogitationi, viritatis obtinet censum.

10

XXXIV.

[1] pudiciores alii honorem divinitatis recordati ut etiam unius
 coniugis dedecus ab eo avellerent maluerunt nullum Bytho
 sexum deputare et fortasse hoc dominum non hic deus neutro

genere pronuntiant. [2] alii contra magis et masculum et feminam dicunt ne apud solos Lunenses Hermaphroditum existimet annalium commentator Fenestella. 15

-
- 3,4. Tholomaei--PM; ipsius--PM, illius--X; Bythio--PMX
6,7. prolatum--PMX, prolato--R3; secundum--Kroymann, primum--PMX; monogenem et--R3, monogenes--PMX
7, 8. imaginem--R3, imagines--PMX; voluntatis--R3, voluntas--PMX
9, 10. vis ut quae--R3, visa utique--PMX; viritatis--Engelbrecht, virilitatis--Kroymann, veritatis--PMX, maris--R3; censum--R, sensum--PMX
12,13. bythio--PMX; ut fortasse--Jun.; dominum--PMX, deum--R3
14. pronuntiant--XR3, pronuntient--PM; et om. X
15. sic R; herma par oditum--PMX; existimet--R, existiment--PMX
-

XXXV. 68

[1] sunt qui nec principatum Bytho defendunt sed postumatum, ogdoadem ante omnia praemittentes ex tetrade quidem et ipsum sed et aliis nominibus derivatam. primo enim constituunt Proarchen, secundo Anennoeton, tertio Arrheton, quarto Aoraton. [2] ex Proarche itaque processisse primo et quinto loco Archen, ex Anennoeto secundo et sexto loco Acatalepton, ex Arrheto tertio et septimo loco Anonomaston, ex Invisibili quarto et ottavo loco Agenneton. hoc quae ratio disponat ut singula binis locis et quidem tam intercisis nascantur malo ignorare quam discere. quid enim recti habent quae tam perverse proferuntur? 5
10

XXXVI.

[1] quanto meliores qui totum hoc taedium de medio amoliti nullum Aeonem voluerunt alium ex alio per gradus revera Gemonios structam, sed mappa quod aiunt missa semel octoiugum istam ex Propatore et Ennoea eius excusam. ex ipso denique rerum 15

-
1. sunt qui--R3, sunt inquit qui--PMX; Bythio--PMX
4. secundo--R, secundum--PMX; anennoetom--PMX; archeton--R3; aroatom--PMX
6. anennoetom--PMX; acatalepto--PM; arceto--PMX
7. anonomastum--PMX
8. agennethom--PMX
13. gemonios--R3, gemonio--PMX
15. propatore--Kroymann, et ex patre--PMX, et patre et--R3; excusam--Engelbrecht, ex causa--PM, excausam--X, exclusam--R3; rerum--PMX, eius--R3
-

motu nomina gerunt: [2] cum (inquiunt) cogitavit proferre, hoc Pater dictus est; cum protulit quia vero protulit, hic Veritas appellata est. cum semetipsum voluit probare, hoc Homo pronuntiatus est. quos autem praecogitavit cum protulit, tane Ecclesia nuncupata est. sonuit Homo Sermonem, et hic est primogenitus filius; et Sermoni accessit Vita, et ogdoas prima conclusa est. sed hoc taedium omnino pusillum. 69
5

XXXVII.

[1] accipe alia ingenia circulatoria insignioris apud eos magistri qui et pontificali sua auctoritate in hunc modum censuit: "est (inquit) ante omnia Proarche inexcogitabile et inenarrabile innominabile quod ego nomino Monoteta. cum hac erit alia virtus quam et ipsam appello Honoteta. [2] Monotes et 10

Henotes, id est Solitas et Unitas, cum unum essent protulerunt non proferentes initium omnium intellectuale innascibile

15

1. motu nomina--R, motu ominare--PX, motu nominare--M
2. vero--PMX, vera--R3; hic--PMX, hoc--Engelbrecht
3. hoc--PMX
- 7, 8. omnino pusillum--Oehler, non pusillum--PMX, pusillum--R3
9. circulatoria--Oehler, cicurianiana--PMX, cicuri iam anima--Kroymann, cicuria (inania)--Engelbrecht
10. et--PM, a--X, ex--R3
- 11, 12. et innominabile--R3; innominabile inenarrabile (bis) --PM; moneteta--X
- 13, 14. henoteta--R, ennoteta--PMXX; appello ennoteta id est solita sed unitas cum unum. . .--M; solita sed unitas--PX
15. proferentes--R3, praeferentes--PMX

invisibile quod Sermo Monada vocavit. huic adest consubstantiva virtus quam appellat Unionem. hae igitur virtutes, Solitas, Unitas Singularitas, Unio, ceteras prolationes Aeonum propagarunt." o differentia, mutetur Unio et Unitas et Singularitas et Solitas quaqua designaveris--unum est.

70

XXXVIII.

5

[1] humanior iam Secundus ut brevior, ogdoadem in duas tetradas dividens, in dexteram et sinistram, in lumen et tenebras, tantum quod desultricem et defectricem illam virtutem non vult ab aliquo deducete Aeonum sed a fructibus de substantia venientibus.

10

XXXIX.

[1] de ipso iam domino Iesu quanta diversitas scinditur: hi ex omnium Aeonum flosculis eum construunt: illi ex solis decem constitisse contendunt quos Sermo et Vita protulerunt. inde et in ipsum Sermonis et Vitae concurrerint tituli. isti

-
- 1, 2. monada add. R3 ex Irenaeo; consubstantiva--R3, cum substantia--PMX; unionem--Kroymann, unio--PMX
 3. singularitas add. R3 ex Irenaeo
 4. aeonum--R3, eorum--PMX; mittetur--X; et om. R3
 5. sic Kroymann, singularitas et suum et solitas--PMX, singularitas est summa--Oehler; quaqua--Kroymann, quamquam--PMX
 10. venientibus--Pam., veniant--PMX
 12. eum--PM, cum--X
 13. unde et--Kroymann
 14. tituli--Oehler, oculi--PMC, flosculi--R3

ex duodecim potius ex Hominis et Ecclesiae fetu ideoque Filium Hominis avite pronuntiatum. alii a Christo et Spiritu Sancto constabiliendae conversitati provisus confictum et inde paternae appellationis heredem. [2] sunt qui Filium Hominis non aliunde conceperint dicendum quam quia ipsum Patrem pro magno nominis sacramento Hominem appellasse se praesumpserit, ut quid amplius speres de dius dei fide cui nunc adaequaris. talia ingenia superfructant apud illos ex materni seminis redundantia. atque ita insolescentes doctrinae Valentianorum in silvas iam exoleverunt Gnosticorum.

-
1. ex duodecim--R, ex christo--PMX
 - 2, 3. avite--PMX, aiunt--Rig.; alii a--R3, alia--PMX; uni-

- versitati--R, conversitati--PMX
- 3, 4. inde--Kroymann, et inse--PMX, et iure--R3
 5. non aliunde--Kroymann; quoniam--Jun., quamquam--PMX, quam quia--Kroymann
 6. se add. Engelbrecht
 7. ut--PMXR, et--Kroymann; nunc--PMX, nomine--Kroymann
 8. superfruticant--R1, superfructificant--X
 9. inolescentes--Lat., Kroymann

ADVERSUS VALENTINIANOS EXPLICIT--PM; INCIPIT LIBER PRIMUS Q.
SEPTIMII FLORENTIS TERTULIANI ADVERSUS MARCIONEM--X